



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput I. Ex Concilio (a) apud Guarmac.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

NOTÆ.

(a) **A**urienſi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. final. De Aurienſi Diocesi Gallicia nonnulla notavi in capit. cum causa, de probat.

COMMENTARIUM.

IN hoc textu agitur de intitulatione in Ecclesiis Jurispatronatus, pro cuius expositione plura adduxerunt Covarr. & Lambert. congesti à Barbola in praesenti. Et breviter sciendum est, nonnunquam Parochos, seu Rectores Ecclesiarum parochialium, finere, immo & postulare ab Episcopo, ut alius clericus tanquam socius secum

ordinetur, & instituatur in propria Ecclesia; quo casu, ne beneficium dividatur, constituitur certa portio clero noviter ordinato ex fructibus ipsius beneficii solvenda, cap. cum non ignoret 15. de prebend. cap. 37. de simon. docet Quintanaduenas lib. 3. Ecclesiasticon, num. 19. & jam notavi in cap. 2. de prebend. Dubitatur ergo ab Episcopo Aurienſian quando ad petitionem Rectoris Ecclesiae parochialis Patronum habentis aliquis intitulatus, id est ordinatus erat mortuo Rectori, haberer jus aliquod ad ipsam Ecclesiam? Et respondet Innocent. III. illum nullum jus habere, immo Patronum posse presentare, quem maluerit ad Ecclesiam parochiale vacantem, nisi Patronus consenserit ipsi institutioni; quia tunc defuncto Rectori tenetur illam ratam habere, nec potest eam infirmare.

CAPUT XXXI.

Gregorius IX. Archiep. (a) Eborac.

Transmisæ ad nos tuæ litteræ continebant, quod cum Capitulum Eboracen. Ecclesiam de Gameforde vacantem, in qua jus obtinet patronatus, R. clericu concessissent, ipsi postmodum L. clericum tibi ad eandem Ecclesiam præsentarunt, post appellacionem ab eodem R. ad Sedem Ap. interjectam. Et infra: Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum ex vi Jurispatronatus non concessio, sed præsentatio pertinet ad Patronum, præsentatum (si aliquid non obstat Canonicum) instituere in ipsa Ecclesia poteris, utpote potiorem.

NOTÆ.

(a) **E**boracenſi. De Metropoli Eboracenſi Angliae egri in cap. 2. de reſcript.

COMMENTARIUM.

Praesens Gregorii Decisio ex supra traditis, & saepius in hoc titulo inculcatiſ facilè exponitur. Supponit enim Pontifex, Juspatronatus spectasse ad Capitulum Eboracenſe, & ita ecclesiasticum fuisse, & vacante Ecclesia de Gameforde Capitulum non præsentasse, sed concessisse ipsam Ecclesiam R. qui cum ab Archiepiscopo non admittetur, quia ab eo institutionem non acceperat, ad Sedem Apostolicam appellavit: interim Capitulum

agnoscens virtute Jurispatronatus non concessiōnem, seu collationem, sed tantum præsentationem sibi competere, Lucium ab Archiepiscopo institendum præsentavit. In hoc casu consultus Gregorius decrevit secundum, Lucium videlicet, ut potiorem esse instituendum; nam licet Capitulum ut Patronus ecclesiasticus, si semel præsentasset Rodericum, non posset postea variare, ex traditis supra in cap. quod autem, tamen cum ipsum non præsentasset, sed absoluē ipsi Ecclesiam concessisset, concessio ipsa nulla fuit, & sic non potuit impeditre, quo minus Capitulum Lucium utiliter, & validē præsentasset: & quia ipse in præsentatione primus erat, iubet Gregorius Archiepisc. Ebor. ut ipsum tanquam potiorem instituat, rejecto R. ex traditis supra in cap. 4. hoc tit.

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, & Procurationibus.

CAPUT I.

Ex Concilio (a) apud Guarmac.

SANCITUM est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio tribuatur, & Presbyteri in eis constituti, non de decimis, nec de oblationibus fideliū; non de domibus, nec de atriis, vel de hortis juxta Ecclesiam positis, nec

dg

de prædicto manso aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum: & si quid amplius habuerint, inde (b) Senioribus suis debitum servitium impendant.

NOTÆ.

- (a) **G**uarmat.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & apud Gratianum in caput. sanctum 25. 23. quest. 8. Burchardus vero lib. 3. Decreti, cap. 52. Carnotensis p. 3. cap. 55. legunt, apud Wormatiensem: etiam repertus textus hic lib. 1. Capit. Caroli. cap. 90. eisdem verbis, ac in prætexti: que omnia licet sint diversa, non tamen sunt contraria, cum plerumque Concilia Wormatiensia dicantur Guarmatiensia, à civitate Wormatia, seu Guarmania, que est in Gallia ad Rhenum, sepius subversa, & sepius à Galliarum Regibus instaurata, que à Brunichilde Regina venustate illustrata, sedes Regum Galliae effecta fuit, & Cathedra ejus Archiepiscopalis translata in Moguntiam. In ea ergo urbe varia Concilia celebrata fuerunt: quatuor refert Coriolanus in summa; & cùm ex Canonibus in eis editis plures transcriptisset Carolus inter sua Capitularia, ut refert Antonius Augustinus in epist. juris Pont. in princip. viii. de collect. Canonum, cap. 22. qui etiam dialog. 18. in Gratianum, num. 12. docet Concilia, maximè in Gallia, & Germania celebrata fontes fuisse Capitularium; inde præsens Canon, qui editus fuit in Concilio Guarmatiensi Wormatiensi, reperitur inter Capitularia lib. 1. cap. 90. & Egbertus Archiepiscopus Eboracensis in suis excerptis ita Canonum hunc transcript: Unicuique Ecclesia vel una mansa integra absque alio servitio attribuatur, & Presbyteri in eis constitutus, non de decimis, nec de oblationibus fideliuum, nec dominibus, nec de atris, vel hortis juxta Ecclesiam possit, neque de praescriptam manfa aliquod servitium faciant, præter ecclesiasticum; & si aliquod amplius habuerint, inde Senioribus suis secundum patrem morem debitum servitium impendant. Excerpta haec stant, & reperiuntur tom. 17. Conciliorum, fol. 493, in Regia editione, & in Concilio Meldehus Canone 63. ita Patres sanxerunt: Ut secundum canonicam auctoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de agro ecclesiastico, & manfo, ac manciis, que ipse suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulture aliquid largius Ecclesia fuerit, nec de decimis, & oblationibus fideliuum cuiquam Presbytero aliquem sensum persolvere cogat. In quibus auctoritatibus eadem sententia proponitur, quam statim expomitus, & fecit per eadem verba in omnibus legitur, & statuitur.
- (b) **S**enioribus.] Seniores dicuntur majores, nobilioresque Ecclesia, seu populi. De Senioribus Ecclesia agitur in actis purgationis Cæciliani, & Felicis post collationem Carthaginensis, ibi: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Seniores plebis, Ecclesiasticos viros. Et paulo post: Maximus dixit: Loquor nomine Seniorum Christiani populi, & Catholicæ legis. Eorum meminerunt: D. Augustinus lib. 3. contra Crescon, cap. 56. ibi: Peregrinus Presbyter, & Seniores Ecclesiæ Mutiscanae regionis. Et epist. 136. ibi: Dilectissimi fratribus, clero. Senioribus, & universa plebi Ecclesiæ Hippoensis. Epistola synodalis Concilii Cabarsitanus apud eundem Augustinum in enarrat. in Psalmum 36. sic: Necesse nos fuerat Primiani causam, quem plebs sancta Car-
- thaginensis Ecclesiæ Episcopum fuerat in osile DEL fortita, Seniorum literis e iudem Ecclesiæ populan- tibus audire, atque discentere. Optatus lib. 1. Erant Ecclesiæ ex auro, & argento quamplurima orna- menta, que nec defodere terra, nec secum portare poterat, quas fidelibus Senioribus commendauit. Et paulo post: Convocantur supra memorati Seniora, qui fauicibus avaritie commendata amoblerant pre- dam. D. Ambrosius in epist. 1. ad Thymoth. cap. 5. Synagoga, & postea Ecclesia Senioris habuit, quem sine Conclito nihil agebarunt in Ecclesia. Tertull. in Apolog. President probati quinque Seniora, ho- norem istum non pretio, sed testimonio adap. Gregorius 1. R. P. lib. 11. epist. 19. Si quid de quocun- que clero ad aures tuas pervenerit, quod teipso posse offendere, non credas, sed presentibus Ecclesiæ in Senioribus diligenter est perfruenda ser- vies. Inde Seniores pr. Episcopis, & Praeceptis ha- bentur in Concl. Tolet. 4. Can. 23. telato in cap. 1. 12. quest. 1. cap. porro, 24. dist. Concl. Matric. 1. Can. 5. ibi: A Senioribus coercentur. De Senioribus laici agitur in Can. 91. Ecclesiæ Africæ ibi: Magistratus, vel Senioris locorum. Novella Leonis, & Majorani ad Basil. PP. titul. 1. Illarib[us] sane, & præcessa magnificientia tua omnium Pro- vinciarum Rectores suis auctoritatibus admonebunt, ut principales, vel Senioris urbium singularem, tam Curiarum, quam reliquorum corporum. Gregorius Turon. de Thodo Maffiliensi Episcopo loquens, ibi: Ille episcolan, ut aijunt, manus- majorum Childeberti Regis subscriptam procul dicens: Nihil per me feci, nisi quæ nisi a Dominis nostris, & Senioribus imperata sunt. Et in coll. Carthag. cognit. 1. cap. 5. Universos etiam cunctarum Provinciarum Curatores, Magistratus, & omni ordinis viros, nec non & actores, vel Procuratores, vel Seniores singulorum locorum pari adiunctione con- venio, quatenus in civitatibus, locis, in quibus con- stunt, uiri usque partis Episcopos convenire, vel fugigorum confessione, vel sub cuiuslibet scriptura documento extante festinent. Et lib. 1. Capit. c. 48. ibi: Ut Episcopi provideant, quem honorem Pres- biteri pro Ecclesiæ suis Senioribus tribuant. Et cap. 58. Ut nullus Presbyter charta scribat, ne conda- tor sui senioris existat. Quibus oponuntur Ju- niiores, populi, de quibus lib. 1. Capitul. Caroli, cap. 167. ibi: Ut primo omnium Seniorum semetipsos de ebrietate caveant, & eorum junioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant. E. lib. 3. c. 63. de vul- gari populo: Et unusquisque suos juniora distri- gat, ut melius obediatur, ac melius consentiant mandatis Imperialibus. In legibus Aleman. 10. 58. 1. 5. Si coquus, qui juniores habet, occidit, occidit. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 26. ibi: A junioribus Ec- clesiæ justi bannos exigit pro eo, quod in exercitu non ambulassent. Concl. Matric. 1. can. 8. Paul. 1. can. 13. Narbonense sub Recharedo, cap. quinque 33. quest. 2. plura de Senioribus, Junioribusque congeleserunt Bignonius ad Marcellum lib. 1. t. 3. Justel. in notis ad can. 91. & 100. Cod. Can. Ecclesiæ Africæ. Bosquetu in notis ad Innoe. III. lib. 2. regestr. 14. epist. 135. Georg. Ambian. ad Tertull. c. 39. obser. 2. Berrucius de verbis fidel. verb. Se- nior. Cujac. lib. 1. fidel. tit. 1. fol. 809. Lindem- brog. in Glossari. verbo junior.

COMEN.

COMMENTARIUM.

Difficilis valde est textus hic, tam in verbo rum serie, quam in sanctione: spectat ad jus antiquum Gallie, ex cuius Provincia legibus tantum explicari, & illustrari debet; & qui voluerit juxta jus commune aliarum gentium illum accipere, in misero lapsu passim incidet. Prius ergo sciendum est, quid sit mansus integer, ex quo servitium aliquod praestandum non est, quod anxiè queruntur. Cujac. lib. 1. feud. titul. 1. Boëtius Epon. in cap. non minis, num. 61. de immunit. Eccles. Pennotius lib. 3. hist. Canonico. regul. cap. 2. num. 3. Filescus in cap. 4. §. 2. de offic. ordin. Germenius ad hunc titul. & de iudic. Cardin. §. Pro qua, num. 12. Bosquetus ad Innoc. lib. 1. epist. 21. Zerda in advers. cap. 77. §. 185. num. 119. Sironodus ad Capitul. Caroli, fol. 23. Lindembrog. in Glossar. verbo Mansus. Alteferra lib. 6. Diflert. cap. II. Ermanius est certus agit modus, cum struēta ad culturam, & mansionem necessaria. Henricus Imperator in diplomate apud Larium: Unum regalem mansum cum omnibus suis pertinetiis, & utriusque Iesus mancipiis, & terris cultis, & incultis, areis, pratis, pascuis, molendinis, aqua, aquarumque decursibus, pescationibus, fluvibus, venationibus, saginationibus, cum omni utilitate, que aut describi, aut nominari potest, in proprium tradidimus. Mansusinteger, de quo hic dicitur, justis terra mensuris completus, continet duodecim jugera terra.

4. Dos igitur cuiusque Ecclesiae parochialis ad minus mansus erat, cap. 2. de Jure patron. in 5. compil. AUFONIUS lib. 5. hist. cap. 10. ibi: Volens etiam Imperator Carolus unamquamque Ecclesiam habere proprios sumptus, ne per huiuscmodi inopiam cultus negligenter divini, inservit predicto editio, ut super singulas Ecclesias mansus tribueretur, unus cum pensione legitima, & servo, atque ancilla. Concil. Colon. sub Carolo Crastlo, Can. 4. Ne ex dote Ecclesie, id est, ex uno manso, & quatuor manicipiis census exigatur. Merentecan. 2. De uno manso, & de terris pro seputura a datis, & pro quatuor manicipiis, vel eorum procreatione nullus census deinceps exigatur. Licet aliquando pro facultatibus, & pietate fundatoris Ecclesie, duo, vel plures manli assignarentur. Sanctus Stephanus Rex Hungarie lib. 2. Decret. tit. 34. Datem parochialis Ecclesie sic constitutis: Decem villa Ecclesiam edificant, quam duobus mansis, rotundaque mancipiis dotent, equo, & jumento, sex bobus, & duabus vaccis, triginta quatuor minutis bestiis. Quod vero mansus canones appellant, Concilium Valentiniun. Gallia Coloniam vestitam appellant Can. 9. ibi: Seculares, & fideli laici, si condere basilicas voluerint in prediis suis, sicut edictum piissimorum Augustorum continet, unam Coloniam vestitam cum tribus manicipiis donationis gratia eis conferant, moxque Episcoporum iuri, §. S. matris Ecclesie eandem basilicam submittant. Notarunt Lemastre lib. 2. de bonis Eccles. cap. II. Filescus in cap. 4. §. 2. de offic. ordin. Et certe tanta religionete nebanunt veteres erga parochiarum sacerdotes, ut nefas esse crederent quicquam de integrare manfi predii ecclesiastici desicerent. Unde Archidiaconi Ecclesias lustrantes solebant, in primis sacerdotum commidis prospicere, & percunctari, num mansum integrum, & justam terræ portionem observerent. Quod si quid decesserit, tunc certe par-

chiano ad supplendum justæ mensuræ congruentis cumuluri adigebant. Pater ex capitul. Huncemari Rhemensis. tom. 3. Concil. Gall. in quibus Archidiaconis imperat, ut inquirant de manso Ecclesie: Si habeat mansum habentem bimaria duodecim, prater cemeterium & cortem, ubi Ecclesia, & domus episcopi continetur; aut si habeat mancipia quatuor. Deinde sciendum est, varia olim fuisse mansorum genera: alii dicebantur tributales, alii indomini- cari, ingenuiles alii. Aimonius Monachus lib. 5. hist. cap. 35. ubi de tributo, quod Carolus Calvus Romanus prefecturus in universa Gallia pendi constituit, terram universam dividit in manus in- genuiles, & indominicatos, his verbis: Placi- tum generale Kalendas Junii habuit, ubi per capi- tula, qualiter Regnum Francie filius eius Ludovicus cum fidelibus, & regni primoribus regeret, usque diu Romanam rediret, ordinavit, & quomodo tributum de parte Regni Francie, quam ante mor- tem Lotharii habuit, sed & de Burgundia exigere- tur, defosuit, scilicet ut de manis indominicatis solidas de unogloquo manso ingenuo, quatuor de manis de cœfū dominico, & quatuor de facultate mansuariorum; de manso vero servili duo denarii de cœfū dominico, & duo de facultate mansuariorum conferendo. Itaque de manis tributalibus cum agris tributariis non erit difficile eorum naturam affequi, & conjectari. Nempe mansi tributales sunt, quibus à Principe tributum erat impositum ad onera belli- ca, & sumptus Reipublica procurandæ. Tribu- torum autem originem referunt ad Carolum Ma- gnum, qui fracta Longobardorum feritate, vietiis civitatibus tributum imposuit, quod maximè pen- dere cogerentur, cùm iter per Provincias Imper- ator faceret: ita Sigonius de regno Italiae, lib. 4. Fendaria, inquit, civitatibus, Ecclesiis, ac monasteriis certariborum genera imposuit, foderum, paraturam, & mansiaticum appellata, que advenienti portis in Italiam Regi persolverent. Que deinde pro ipsis, & successorum ejus benig- nitate, aut ex parte levata, aut in totum remissa sunt. Foderum autem, paratura, & mansiati- cum erant certa tributa, ut exponit idem Caro- lus Sigonius lib. 7. de Regno Italiae, sub Orbone Magno: ubi agens de Longobardis, qui in tri- butis imponendis veteres Gallos imitati sunt, ait: Tributa, quæ ille Fridericus à France institutæ re- tinuit, fuere foderum, paratura, & mansiaticum. Foderum summa quedam tributi fuit, quam advenienti in Italia Regi populi solvere tenebantur, pro quo sepe etiam estimata pecunia pendebatur: paratura sumpus, quem iidem in vias, pontesque fini- minum, quæ transfluirus, aut quo adiuturus Rex erat, resciendis impendere: mansiaticum vero sumpus in testa, &c. quæ Regio exercitu in agro hospitiorum necessaria præbere jubebatur. De fodro agitus lib. 3. legum Longobard. tit. 8. apud Frideri- cum de pace Constant. Petrum de Vineis lib. 2. epist. 29. De mansiatico lib. 2. capit. 17. De paratura extat septima formula Marculfi. Mansus indo- minicatus nihil aliud erat, quam prædiū aliquod insignis, ubi Nobilium domicilium erat: hodie dicimus, Señor de tal. casa, o lugar: de eo Aimonius lib. 5. cap. 35. agit: Mansus vero in- genuis dicebatur ille, quem dominus præ- dii colendum tradebat hominibus ingenuis, seu liberæ conditionis; quibus unus præter mansarius, qui certum centum, seu penio- nem, sive nummariam, sive frumentariam do- mino prædiī persolverebat: de quibus manus plura

In Librum III. Decretalium,

796

plura tradit Lemaistre de bonis Eccles. libr. 2.
cap. 3.

⁶ His animadversis, jam appetet verus sensus
presentis Canonis: in eo jacent P.P. Ecclesia Gal-
licanæ, ut unicuique Ecclesia unus mansus inter-
ger, id est instructus, & vestitus absque ulla ser-
vicio tributatur, id est absque tributo, videlicet
fodero, paratura, & mansionatio; quia man-
sus pro dote Ecclesiæ assignatus immunis erat à
quocunque servitio. Concil. Meldense Can. 62.
& in capitul. Heraldi Turonen. cap. 40. & in Ca-
nonibus Isaaci Lingonensis in prefatione cautum
fuit, ne cuiquam servitio obnoxius sit mansus Ec-
clesiæ; & discretus id statuerunt Carolus, &
Ludovicus lib. 5, capital. cap. 45. his verbis: De
uno manso ad Ecclesiam dato, de quo aliqui ho-
mines contra statuta sibi servitium exigunt, qui-
cunque pro hac causa accusans fuerit Comes, vel
missus, hoc quod inde substratum est, presbyteris
cum lege suæ restituere faciant. Et sanctissime qui-
demita pro pectum est, ne mansus, aut redditus
Ecclesiæ parochialium ullo onere premeren-
tur, néve ex earum dote ullum censum laici per-
cipierent, qui temerè Ecclesiæ fundatores se-
piùs illum extorquent. Concil. Troslejan. can.
6. Metense can. 2. Colonense can. 4. Valentini-
can. 9. bi: Item, quia parochiales Presbyteri in-
digne à secularibus premuntur, nullaque rever-
entia sacerdotali gradni ab aliquibus servatur;
& quia possessoruncula, vel dotes basilicæ collata ir-
reverenter auferuntur, placuit, ut ipsi presbyteri
sub Episcopis, quibus adjutores sunt, maneat, &
sub matre Ecclesiæ libere, & quiete officium ecclæ-
siasticum exequantur: dotes vero à fidelibus desi-
gnatae basilicæ ad hoc, quod statutum est, ab eis
vindicentur, nullaque redhibitio census inde à quo-
libet facultati exigatur. Inde & Episcopis, & Ar-
chidiaconis prohibebatur ex hiis manis ullum ser-
vitium exigere, capitul. 5. lib. 2. ubi ita cavitur:
Ne vero Ecclesia illis commisera in restauracione, aut
luminaribus, juxta possibilitatem rerum ab illis ne-
gligantur, vestra nihilominus invigilare debet fa-
lertia, & scut alios prohibet, ne de manis ad Ec-
clesiæ luminaria datis aliquid accipiant, sic & vos,
& vestri Archidiaconi, de eisdem manis nihil ac-
cipiendo aliis exemplum præbeatis; sed potius ad
id, ad quoddam data sunt, servire concedatur, in totum,
sicut dictum est, in restauracione Ecclesiæ, &
luminaribus vestra auctoritate, & studio oedere
posse. Ex manu igitur, id est propria dote Eccle-
siæ non tenebat: Presbyter aliquod servitium do-
mino mansi, qui illum pro dote assignavit, im-
pendere, nec de decimis, & oblationibus in ipsa
Ecclesia perceptis; sed tantum spirituale, seu ecclæ-
siasticum servitium illi præstare debebat. Con-
cil. Troslejan. can. 6. ibi: Quia misericordia
magistri discipuli sumus, Presbyteris nostris humi-
litatis exempla, ac monita dare debemus, videli-
cet in quorum ditione sua consistunt Ecclesiæ, con-

gruum honorem, & obsequium impendant debi-
tum, id est spirituale, atque ecclæsiasticum; &
hoc sine ullo typho, vel contentione, vel rebellioni;
salvo namque ministerii sui iure debent se gratiosos
exhibere senioribus, & parochianis suis, de qua-
rum oblationibus vivunt, & cum debita humilitate
spiritualia eis obsequia ministrare.

Hæc de manis pro dote Ecclesiæ assignatis,
& eorum immunitate ab omni servitio temporalis;
Sed quia Ecclesiæ ultra dotem plerumque alium
mansum habebant, seu alia prædia, quæ erant
veluti dotti incrementum, nec ita in subsidium
necessitatis Ecclesiæ deserviebant mani isti, si
antequam Ecclesiæ traducerentur, tributum ex-
solabant, similiter & postea illud penderent,
ut Imperatores Carolus, & Ludovicus fanxerunt
lib. 4. Cap. cap. 37. ibi: Quicunque terram tribu-
riam, unde tributum ad partem nostram exire
solebat, vel ad Ecclesiam, vel cuique alteri
tradiderit, is qui eam suscepit, tributum, quod
inde solvebatur, omni modo ad partem nostram
persolvat, nisi forte talis firmatatem de parte
Dominica habeat, per quam ipsum tributum sibi
donatum possit offendere. Unde, in fallo, ap-
paret verus sensus presentis Canonis; in eo enim
nullo modo agunt P.P. de aliquo servito Episco-
pis, seu alii superioribus Ecclesiæsticis prestante,
ut volebat Primarius noster Parex in re-
petit. ad hunc texum: sed de tributo ex manu
Ecclesiæ, vel alii prædis ab eo possest solven-
do seniori, id est pristino Domino mansi, vel
Principi: & P.P. fanxerunt, sumaruntque Im-
peratores Carolus, & Ludovicus, quod unaqua-
que Ecclesia suum mansum integrum, id est in-
structum, ut supradictum, haberet, & Presby-
teri in ipsis Ecclesiæ constituti, nec de decimis
fidelium, aut oblationibus, provenientibus ex
domibus, areis, vel hortis, neque ex ipso man-
so aliquod servitium faciant temporale; sed tan-
tum ecclæsiasticum, hoc est spirituale, ut in dicto
Canone 6. Concilii Troslejan. sicut Patronos, qui
alberto sacris Ordinibus initio non potest opera-
ras temporales exigere, spirituales vero petere
valet, cap. eo libertus, de servis non ordin. si
autem ipse Ecclesia alia prædia habent, ultra
prædictum mansum, ex his tributum, quod pen-
dere solearint Senioribus, id est Judicibus, aut
Magistris, seu Dominis illis prædis, debi-
tum servitium impendant; quia tunc prædia illa
transfeunt cum suo onere, nec similia prædia ha-
bent privilegium dotti Ecclesiæ. P.P. enim, &
Imperator privilegium hoc exemptionis con-
cesserunt mani Ecclesiæ, quia necessitatis est
ad alimoniam Rectoris, & aliorum ministro-
rum Ecclesiæ, nec non ejus luminaria, & similia;
non autem alii prædis, quæ pro dote
Ecclesiæ assignata non erant, in quibus
æqualis ratio favoris, & necessitatis non vi-
gebat.

CAPUT II.

(a) Augustinus super epistola ad Romanos.

Omnis (b) anima sublimioribus (c) potestatis subdita sit. Et infra: Et vos subditæ
Offæ debetis. Ideo enim tributa præstatis, quia hæc est probatio subjectionis.

NOTÆ.